



Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

Eisvogel, Veremund

Augustae Vindelic., 1727

6. Epiphania Domini

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](#)

VI. Januarii. Epiphaniæ Domini. 169

Solemnitas Gloriosissimæ Domini Epiphaniæ.

EXHORTATIUNCULA I.

Ecce ! stella adest ! vocat Reges ad præsepe Domini. Stella hæc gratia divinæ Vocationis est. Nunquid & nobis apparuit? curramus ergo, & adoremus Deum , ne revocet cœlum.

Instructio meritoria.

Gratiæ vocationis ut Zelosè coopemur , in nostros per omnem vitam invocemus Patronos tres Magos Christo Jesu acceptissimos , quorum gloriæ congaudeamus in cœlis, intonando *Te Deum Laudamus* cum oratione de Festo. Honor est grandis , cum Regibus agere.

II.

Pauper est Jesus : Pauper Maria : Pauper & S. Josephus. Munera expectant, ut in sua ditentur paupertate Fili ! negabimus ea ? quæ hæc inhumanitas ? Crudelior judaicâ , quæ non recepit eos.

Instructio meritoria.

Citò consolemur ! tria sunt munera, quæ Magi obtulerunt Domino. Tria

H statua-

170 VI. Januarii. Epiphaniæ Domini.

statuamus & nos proposita quoad tem-
perantiam, & taciturnitatem, quæ defe-
ramus ad Præsepe, & offeramus Jesu,
Mariæ, & Josepho, ubi & *Litanias* de
iisdem SS. Personis subjungamus affectu
quām ardentiſſimo. O quid non reci-
pimus de manu Jesu, Mariæ, & Josephi
amore reddamus reciprocō.

III.

Magi stella præente inveniunt Je-
sum cum Maria. Bona, Christia-
na, & exemplaris vita nos ducet felici-
ter, monstrabitque Deum, & in Deo om-
nia. Fili! vitam exemplarem nunquam
dimittamus, ne & Deum, & cum Deo
perdamus omnia. Teneatnus, stringa-
mus, quia ipse ait Jesus inter brachia
Matris : *Deliciæ meæ sunt esse cum filiis
hominum. O Charitatem!*

Inſtruçtio meritoria.

Et quot sunt, qui hanc stellam, hanc
vitam prorsus contemnunt? an non to-
tus mundus in maligno est positus? quis
inde Jesu dolor? mitigemus, & pro con-
versione omnium infidelium, pagano-
rum, & hæreticorum coram præsepio
Offi-

VII. Januarii. S. Raymundi de Pennafort. 171

Officium de dulcissimo Corde Jesu persol-
vamus. O munus Deo, & cœlo gratis-
simum.

Festum S. Raymundi de Penna-
fort Redemptoris Captivorum.

EXHORTATIUNCULA I.

Cum lacte pietatem & amorem Dei,
ac Mariæ hausit, haustumque tori
mundo communicavit, doctrinâ, & san-
ctitate vir celeberrimus. Fili ! quando
seriò inchoabimus in Dei, & Mariæ ob-
sequiis ætas transit ; evanescunt tem-
pora : Quid sic remanebit in sacculis no-
stris pro æternitate ? non terreat virtus !
omnis enim difficultas potissimum in
nobis est. Plura terrent, quam premant.
Non simus miseri ante tempus.

Instructio meritoria.

Misereamur igitur animæ, & ne nuda
compareat in Dei judicio, quotidie uno
vestiamus Rosariô, & si cum discrecio-
ne liceat, jejuniô sabbathinô etiam in
annos multos continuandô, haud ignari,
quid nobis Bernardus : *Omnibus debi-
tricem se pia facit Virgo, omnibus miseri-*

H 2 cordiae